

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5406

Auteur(s) : Guillaume Pinchon, de Hauteville-Bocage [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1274, novembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Pinchon vend au chapitre de Coutances pour sept livres une rente de deux quartiers de froment, mesure de Hauteville-Bocage, à la Saint-Michel sur la paroisse d'Hauteville-Bocage. Un boisseau de froment de cette rente est à percevoir sur la mesure et la cave (crouta) de Guillaume Pinchon.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 171, p. 303.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Guillelmus Pinchon, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis duo quarteria frumenti ad mensuram de Alta Villa annui redditus ad festum sancti Michaelis in Monte Gargano, quod frumentum situm est unum quarterium super masnagio meo de Hautevilla et in crouta me[a] que sita est juxta terram Gaufridi le Cohu et butat ad doitum ; duo busselli siti sunt super quadam pecia terre que sita est in monte de Rouvilla in dicta parrochia inter terram Radulphi Bahuel et terram Roberti le Boulenguier et butat super terram Rogeri Farsi ex uno capite, quam peciam terre Andreas Cornart feodaliter de me tenebat ; et duo busselli sunt siti super quadam pecia terre que sita est in clauso Piveiz juxta terram Michaelis Balan ex una parte et ex altera parte juxta terram Thome Trevierez et butat super terram Thome de Hautevilla quam Johannes Foret feodaliter de me tenebat ; percipiendum, habendum et reddendum annuatim decetero in perpetuum libere, pacifice et quiete canonicis predicte ecclesie per manus mei predicti Guillelmi et heredum meorum cum homagio et per manus predictorum antedictorum et Johannis et heredum ipsorum quos ad hoc eisdem canonicis attornavi cum homagio eorumdem et cum omni alio jure quod ego seu heredes mei habere poteramus in predictis peciis terre, salvo jure domini capitalis, et juravi super sacrosancta evangelia omnia antedicta dictis canonicis finaliter observare. Tenemur eciam ego et heredes mei dictis canonicis omnia predicta in perpetuum garantizare et deliberare contra omnes homines bona fide, vel alibi sibi teneremur hec predicta excambiare valore ad valorem in nostro proprio hereditagio, ubicumque sit, si forte garantizare non possemus. Pro qua venditione predicta, dicti canonici michi dederunt septem libras et persolverunt. Et ut hoc firmum et stabile permaneat in futurum, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum hoc est anno Domini M° CC° LXX° quarto, mense novembris.